

ACTA OFFICIORUM**PONTIFICIA COMMISSIO****AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS****RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA**

Enī Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula :

I — DE COMMUNICATIONE PRIVILEGIORUM INTER RELIGIONES

D. An verba canonis 613 § 1: *exclusa in posterum qualibet communicatione*, ita intelligenda sint ut revocata fuerint privilegia a religionibus ante Codicem I. C. per communicationem legitime acquisita et pacifice possessa.

R. Negative.

II — DE EXCUSATIONE A POENIS LATAE SENTENTIAE

D. An metus gravis a poenis latae sententiae eximat si delictum, quamvis intrinsece malum et graviter culpabile, non vergat in contemptum fidei aut ecclesiasticae auctoritatis vel in publicum animarum damnum ad normam canonis 2229 § 3 n. 3.

R. Affirmative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 30 mensis Decembris, anno 1937.

I. Card. SERAFINI, *Praeses*.

L. ☩ S.

I. Bruno, *Secretarius*.